

Tercio ardebim⁹ in deo ex nobilioz dispo-
sitione. sicut patet in materia ignis. quanto em
ligna sunt aridiora et ad coburendu disposi-
tio: tanto ignis flama: tribuit lucidior. Sic
ligna diuini ignis bona sunt opa: et vir-
tutes. q^o quanto sunt plura et aridiora ab om-
ni succo carnalitate deo exhibita: tanto ad ar-
dores diuini ignis erim⁹ dispositiones. quia
sicut dicit Sapiens. vbi no sunt ligna ibi de-
ficit ignis. De q^o ardore dic⁹ veritas. Ignis
veni mittere in terra. et quid volo: nisi vt ar-
deat: Quia nobis et.

XCI. De sancto Dionysio et socijs ei⁹.

Reddet deus mer-

cedem laboru sanctoru suoz. et de-
ducat illos i via mirabili. Sapi.
1. Dicit Grego. Si delectat mentem magni-
tudo premioz non deterreat certamē laboru.
quia ad magna p^omia puenire non potest ni-
si per magnos labores. Si ergo delectat lo-
cus celsitudinis: prius exerceat via laboris.
q^o vt ait Berni. Satis delicat⁹ est miles qui
cupit victoriam sine pugna. **E**t in ver-
bis ergo ppositis tria per ordinem sunt dice-
da. scz de redditois aptitudine. laboris mul-
titudine. mercedis magnitudine. Primo di-
cto dicendū est de hui⁹ dictiois reddet apti-
tudinē: hoc est si apte dicat regnū reddi. Dicitur
enim reddo q^o si redo. i. iterum do. Pro-
pter q^o sciendum q^o regnū celoz est triplici-
ter datū. scz in prima creatioe. in redemptio-
ne. in fidelitū et electoz auolatōe. Primo di-
cto datū est nobis. i. electis regnū celoz in
prima creatioe. ad hoc enī cōditū fuerūt pri-
mi parentes: vt per eos et omnē suam poste-
ritatem deus angelozū ruinā restauraret. vt
fm Aug⁹. tot homines assumerent ad lapsuz
reparandū q^o angeli ceciderūt. sed fm Gre-
go. tot ascenderēt quot remanserūt. nec plu-
res nascerent: nisi quot essent assumēdi. di-
cit enim Grego. Si primi parentes in sua
innocētia pstinissent nullus reproboz natus
fuisset. Ex his ergo luce clari⁹ pat⁹ q^o ad hoc
cōditū fuimus vt celū deberem⁹ imperpetu-
um possidere. Hinc Mat. xv. dicif. Veni-
te benedicti patris mei etc. vsq⁹: q^o vobis pa-
trū est ab origine mūdi. Hoc ergo reguuz

a deo nobis in prima creatioe datum: in la-
psu primozū parentū perdidim⁹ omnes: vt
infra multa milia annoz nullus vnq⁹ ad il-
lud pueniret puenire. Unde Berni. Quia in
Ada: omnes peccauerūt. ideo etiā in eo dā-
nationis sententiā omnes acceperūt. Deus
itaq⁹ misericors nostri vt ait Berni. dixit pro-
pter me creaturas suas pdidit. Pater enī
duas tantū nobiles creaturas fecerat ratio-
nis participes: capaces beatitudinis. ange-
lum videlicet et hominē. et ppter me perdidit
angelos multos et homines vniuersos. No-
ui tamē ait filius in affectuz malicie trasisse
angelos. et ex hoc nullā eis parere via: rede-
undi. quoniā noui supbia: et Joab q^o super-
bus est valde. et supbia eius remediū penitē-
tie non admittit. ac per hoc nec venie: ac per
hoc nec puenire ad noticiā humilitatis mee
in illa scz supbia postea creaturaz in fecerat.
innuēs ex hoc redimendū adhuc hominē
quippe quez aliena supplantant malicia. et
ideo ei etiā pdesse poterit aliena charitas.
Veni ergo deus et p mortē suam regnū ce-
loz in prima creatioe datum nobis et statim
post lapsuz pditū: nobis reddidit. vt quicū-
q⁹ per bap^olitū in morte eius bap^olitari sint
et nulla peccata actualia addiderūt: in virtu-
te eiusdē passionis si moriant⁹: statim auolat
et appetū inueniāt regnū celoz. Dignū quip-
pe iudicauit dei clemētia: vt qui per aliozū
culpam regnū pdidim⁹: per aliozū etiā la-
bores nobis redderet. Unde Berni. Iustus
est vt quez aliena culpa ligauit. aliena iusti-
cia soluat. q^oditū ergo venati in bap^olitmo et
participes facti passiois d^oristi actualia non
apponam⁹. si sic decedimus: accipim⁹ donū
dei: hoc est regnū celoz q^o gratuito nobis
dedit: pueniens nos sua inclita bonitate. q^o
si in memores gratie dei dorsum deo vertim⁹:
euntes i prauitate cordis nostri post huius
mundi vanitatem et carnis voluptatē: adul-
ti iam facti peccata peccatis cumulant⁹: ex
hoc ipso regnū celoz iam bis nobis datū ite-
rum perdimus. nec vltra nobis gratis om-
nino reddif sicut prius. sed erigēte dei iusti-
cia quia sponte et voluntarie perdidim⁹ nul-
lo cogente et violenter impellente: oportet vt
illud nostris laborib⁹ acquiram⁹ et rehabea-

Sermo

mus. non quod nostra satisfactio sufficiat. Quid enim esset vniuersa nostra iusticia: si nisi communi pariamur omnino non pregnabimus. et tunc quod in nobis minus est ipse supplet. modicum tamen illud quodcumque est non pariter reservari. **Q**uod si hoc nostrum ponimus ipse tertio nobis regnum reddet: addens de suis laboribus quod minus inuenit de nostro. quod iterum ac iterum ac iterum fluit de visceribus sue pietatis. nisi enim nostra bona misceret suis: in nostra iusticia uideretur esse vox neque sensus. **Q**uod autem regnum celorum ex prauis nostris actibus perditum ex nostris laboribus oporteat reacquiri: aperte dicit apostolus. Voluntarie nobis peccantibus possit agnoscere gratiam: iam non relinquat hostiam pro peccato. christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. **Q**uod exponens **Bernardus**. dicit. Quod voluntarie peccantibus iam non relinquat hostiam pro peccato: nisi quia non illi tenus crucifigat christus. nec complantat iterum similitudini mortis eius per baptismum. **S**ed quid quod oportet nos omnia facere in nobis quod fecit christus in se ut reacquirat nobis regnum. que fuerunt tria. scilicet quod crucem portauit. corpus mortificauit. et in horum duorum virtute baptismum nobis consecrauit. et hec eadem tria oportet nos transfigurare et in nos si volumus regnum recuperare. **E**t hoc est quod dicit **Bernardus**. Propria iam ab eo vnda lacrymarum erigit. propria baiulare crucem. propria mortificare membra. **E**t hoc est quod dicit **Augustinus**. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. **Q**ui simile est illud. **Q**ui tibi dedit regnum celorum sine te: non dabit tibi tertio sine te. **E**x his ergo luce clarescit patet quod apte et conuenienter dixerit reddet et non dabit. **S**ecundo dicendum est de laboribus diuersitate. de qua tria dicentur. scilicet de eius necessitate. secundo de eius diuersitate. tertio de boni laboris utilitate. **P**rimo ergo videndum est de laboris inuitabilis necessitate. oportet enim hominem siue velit siue nolit inuitabiliter laborare. quam necessitatem ex maledictione incurritur homini a deo propter preuaricationem primorum parentum inflicto. sicut **Genesius**. iij. dicit. **M**aledicta terra in opere tuo. in labore comedes ex ea cunctis diebus vite tue. in sudore vultus tui reserues pane

tuo donec reuerteris in terram de qua sumptus es. quod puluis es et in puluere reuerteris. **Q**uam necessitate **Job**. v. considerans dicit. **S**icut auis ad volatum nascitur: sic homo ad laborem. **H**inc **Bernardus**. Laborem nostrum aliquod diu differre possumus sed non auferre. **U**nde de qui buldam torpentibus dicit **psalmus**. **I**n labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. **E**t sequitur. **I**deo tenuit eos superbia. **P**ropter quod sciendum quod tria genera laborum sunt nobis. proposita. eligat homo que voluerit. quia vnum ex his tribus oportet eum eligere velit nolit. scilicet temporalis: penalis: infernalis. **P**rimus est breuis et leuis tres fructus afferens. **S**ecundus longior et grauior faciens vnum fructum. **T**ercius longissimus: grauissimus: et inutilissimus. **P**rimus dico labor est breuis et leuis utilissimus. et est labor in presenti que sufferimus propter deum. **D**e quo **Eccl.** **M**odicum laboraui et inueni mihi multam requiem. **Q**ui tres fructus confert. quia opera meritoria conferunt tria bona secundum triplicem radicem quam habent. scilicet penalitatem cuius gratia tolluntur peccata. virtualitatem cuius gratia augetur virtus. charitatem propter quam augetur premium in celo. **S**ecundus labor dicitur penalis. et est ille que in purgatorio sustinemus. qui longior et grauior est propter vnum conferens tantum fructum: scilicet purgationem peccatorum. in quo nihil penitus meremur: in eo quod positi sumus extra statum merendi. et licet modicum fructum et vnum solum conferat: acerbissime tamen punit. **D**e quo **Eccl.** **i**. **P**lena utraque manus in labore et afflictione. **I**tem **Prover.** **v**. **N**on sunt labores tui in domo aliena. que domus est purgatorium. **D**e quo dicit **Augustinus**. **I**gnis purgatorium et si eternus non est tamen tamen modo grauis est. excellit enim omnem penam quam vnum passus est aliquis in hac vita. et hoc propter duplicem penam. scilicet damna et sensus. **T**ercius labor est infernalis grauissimus et inutilissimus. **D**e quo labore dicitur in **psalmus**. **L**aboraabit in eternum et viuet adhuc in fine. **Q**uibus dicere possumus illud **Exo.** **xiiij**. **S**ulto labore consumeris. quia nihil proderit in eternum. **D**e his tribus laboribus nobis propositis dicit **Eccl.** **xx**. **A**pposui tibi ignem

et aquam: ad quod volueris porrigere manum tuam. **I**dem. Ante hominem mors et vita: bonum et malum. **S**icut credo si omnes cupimus secundum et tercius euadere: primum hoc est presentem laborem viriliter aggrediamur. per quem lucrari possumus infinita. **N**am in labore ut ait Augustinus. non desit refectio laborantibus et nihilominus post laborem mercedem accipimus copiosius. iuxta illud. **S**apientia. iij. Honorum laborum gloriosus est fructus. **Q**ui autem sunt isti fructus dicitur in tercio membro ubi agitur de mercede.

XCII. De eisdem sermo. ij.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis etc.

et ego reficiam vos. **M**at. xj. **P**resentes ergo laborem aggredi cupientes quinque considerare debemus. que considerata omnem laborem presentem alleuiant: attenuant: et commendat. scilicet laboris facilitatem. temporis breuitatem. refectiois saturitatem. retributionis imensitatem. et dei voluntatem. **P**rimo dico consideranda est laboris facilitas. quia nunquam ex omni quod sumus et vnicuique laboramus. ad quod accedit quod per laborem presentem cito ad charitatem veniemus. quia omnia enim grauius facit leuia et quodammodo non sentire. **H**inc **I**ud. dicit. Surgite ascendam. nullus erit labor. quia deus per charitatem nobis committit labores nostros potest. propter quod eriam iugum vocat. **E**t hoc est quod **S**apientia petit: dicens. Emitte domine fedium tuarum afflictiorem sapientiam: ut mecum sit et mecum laboret: ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. **H**inc **M**at. xj. veritas dicit. Tollite iugum meum super vos. iugum enim meum suauis est: et onus meum leue. **U**nde **A**ugustinus. **O**mnia seua et imania facilia et prope nulla facit amor. **B**ernardus. **L**abor meus vix est vnius momenti. si plus est pro amore non sentio. **S**ecundo consideretur laboris breuitas. **N**on enim diu viuimus: et in eodem quod viuimus iubemur propter discretiorem sepe nos a labore tempore. **H**inc apostolus. **T**empus breue est. **E**t in **A**pocal. ammodo iam dicit spiritus ut requiescat a laboribus suis. **P**ropter quod dicit **E**ccli. xvij. **N**umerus dierum

hominum ut multum centum anni: et quasi gutta aque ad mare deputatur est. **S**ic erigui anni in die cui quod si sine cessatione omni tempore quod viuimus laborandum esset: quid esset respectu eternitatis. **T**ercio consideranda est laboris saturitas. **N**on enim benignus dominus finit nos duris laboribus ceteri. sed suis consolationibus crebro reficit laborantes. **H**inc **E**ccli. vj. **I**n opere ipsius erigui laborabis: et cito edes de generationibus illius. **H**inc **M**at. xj. **V**enite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. dignus est enim operari mercede sua. **Q**uarto consideranda est retributionis imensitas. **N**am pro labore modico datur nobis retributio durans et permanens in eternum. **H**inc **S**apientia. iij. **H**onorum laborum gloriosus est fructus. **N**am ut dicit **J**ob. xxij. **P**ro terra dabit nobis silicem. et pro silice torretes aureos. quod est dicere. **P**ro terra. i. pro molli opere dabit nobis silicem. i. meritum semper durans. et pro silice. i. opere meritorio dabit nobis torretes aureos. i. premia gloriosa. **H**inc apostolus. **I**d quod momentaneum est et leue tribulationis supra modum eternum pondus glorie operatur in nobis. **Q**uinto consideranda est dei voluntas. que vult ut in hoc breui tempore lucratur quod in eternum expedit. cui merito est obtemperandum: etiam si ex hoc nihil aliud consequamur nisi his causis et rationibus victi decernimus in presenti tempore in dei vel le seruitio operare. tunc summo opere informandi sumus in quibus nos oporteat laborare ut dei misericordiam consequamur. **S**unt autem quinque in quibus expedit laborare. scilicet in aliorum laborum inutilium ex occupatione. in cordis contritione. in mandatorum executione. in tribulationum patienti portatione. in conatu contemplationis. **P**rimo dico laborandum est in laborum inutilium ex occupatione: refugientes omnino inutiles labores: quorum multa sunt genera. **A**lij enim laborant mundo ut dicitur. alij carni ut delectentur. alij dyabolo ut victis insentent. et omnes isti labores peribunt ad infernum. **P**rimus ergo labor mundi vitandus est: quia inutilis est. **U**nde **E**ccli. j. **Q**uid habet homo de vniuerso labore suo quod laborabat super terram?